

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Abstinencia ao
cum fonte primo

Molestum est, inquis, carere assuetis uoluptatibus,
abstinere cibo, sitire, esurire;
hec primo abstinencie grauia sunt,
deinde cupiditas relanguescit ipsis per se
cupiditatibus fatigatis ac deficientibus;
inde morosus est stomachus,
inde quibus fuit aviditas, cibus odium est,
desideria ipsa moriuntur.

Seneca LXXIX. epistola.

‘Sed
molestum est’ inquit ‘carere assuetis uoluptatibus,
abstinere cibo, sitire, esurire.’
Haec prima abstinentia gravia sunt,
deinde cupiditas relanguescit ipsis per se
quae cupimus fatigatis ac deficientibus;
inde morosus est stomachus,
inde quibus fuit aviditas cibus odium est.
Desideria ipsa moriuntur.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae Morales*, 78.11 (L. Reynolds ed., vol.1, pp.251-2,
ll.26, 1-5).